

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri  
omnes**

**Livius, Titus**

**Francofurdi, 1648**

**Lib. IIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-105429**

*est. Cum C. Fabricio consuli, is qui ad eum a Pyrrho transfu-  
gerat, pollicetur se regi venenum daturum, cum indicio ad  
regem remissus est. Reipræterea contra Herrulos, Lucanos,  
Brutios, & Sammites, prospere gestas continet.*

## LIB. IIII. EPITOME.

**P**yrhus in Siciliam traiecit. Cum inter alia prodigia ful-  
mine diebūm esset in Capitolo Iouis signum, caput eius  
per aruspices inuentum est. Curius Dentatus, cum dele-  
ctum haberet: eius qui citatus non responderat, bona vendi-  
dit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reuersum vicit,  
& Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum  
consularem senatu mouit, quod decem argenti pondo factū  
haberet. Lusfra a censoribus condito, censā sunt capita ci-  
sium CCLXXXI. millia, CCXXIIII. Cum Ptole-  
meo Ägypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestia-  
lis damnata incipi, viua defessa est. Colonia deducta sum Pos-  
fidonia, & Consa. Carthaginensium clasps. Mamertinis ve-  
nit, quo factū ab iis factū violatum est. Reipræterea contra  
Lucanos, Sammites, & Brutios feliciter gestas, & Pyrrhi regis  
mortem continet.

## LIB. V. EPITOME.

**V**ictor Tarentini pax & libertas data. Legio Campana  
que Reginis occupauerat obseissa, deditione facta, se-  
curi percossa est. Cum legatos Apolloniatum ad se-  
natū missos quidam iuvenes pulsassen: dedi: sunt Apol-  
loniatibus. Picentibus vicissim pax dat a. Colonie deductae. Ari-  
minum in Ticens: Beneventum in Samnio. Tunc primus  
populus Romanus argento vii capit. Umbri, & Salentini vi-  
tis in deditonem accepti sunt. Quaestorum numerus ampli-  
atus est.